

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**T. Lvcretii Cari, Libri Sex Nuper Emendati**

**Lucretius Carus, Titus**

**Venetiis, XII.1500**

**Landesbibliothek Oldenburg**

Shelf Mark: CIM II 238 C

Hieronymus Auancius Veronensis, bonarum literarum studiosis ocium  
optat.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-861890](#)

Hieronymus Auancius Veronensis,  
bonarum literarum studiosis  
ocium optat.

Vt probi uiri intelligent, unde corruptissimum Lucretii poema sine antiquo exemplari emendare, ac publicare sim ausus, sciant mihi ad hanc operam Aristotelis problemata, meteora que admodum profuisse, multa etiam depravata correxi ex uersibus citatis a Prisciano Macrobio, & aetate omnes Marcello, apud quem tamē saepius pro Lucretio, Lucilius est suppositus, Verum mihi nil aequae suppetias tulit, quam Lucretius ipse qui non duos modo quatuor uerba, aut decem uersus idē tidem repetit, sed uigintiocto in fine primi libri, & in principio quarti eosdem uidebis, quae omnia nemo deprehendet, nisi qui diutina lectione omnia Lucretii carmina edidicerit, retinueritque. Num affirmare ausim Omnis enim per se diuum natura necesse est, cum quinque sequentibus, ex prologo, cum abundant demēdos esse, hos aptius legas, cum de magna Matre agit.

Super quosdam uersus aliorum industriam expectabimus, ut cum legitur. Interdum in pallam atque allidens iachia que uertunt, & distichum post illum uersū. Cum tuba depresso grauiter sub murmure mugit, & illud distichū, is locus ē cumas apud, & cetera. & Nam ratio cum sanguine ab humoribus omnis & quae in tractatu de uisu & imaginibus confusa & transposita sunt.

In proenio legerem Refficit aeterno, nō reiicit, nam re nouies producit in compositione, sed geminat tunc consonantes, ut reccidere, redduco, & licet statim dicat Quādo alid ex alio reficit, palam est poetas unam syllabam uariare uel in uno uersu in eodē significato, ut Propertius eorum, & Catullus pharsaliam coeunt, pharsalia tecta frequentant, & Lucretius. Crassaq; cōueniant liquidis, & liquida crassis.

Idem multis pedibus abutitur, ut Anapesto in prima sede ut aciebus, & in ultima Dactylum ut omniū, ac tri-



brachum ut tenuis, nisi in his dicas eē synæresim, ut etiam duellica, sterilia, oriundi, quēpiam, quiete, ambiēs, uinciunt. Forte i aliquibus similibus causa metri fit syn copa, ut cu m scribit scibant, subus pro suibus, & nilum pro nihilum, & nilo pro nihilo, sic uementi pro uehemti, initium pro initium, & aliud pro aliud declinationem antiquam secutus.

Sextum casum tertiae declinationis in e producit, ut lapide arte, sed in .i. ut reor terminabant, unde aliquādo in luci. in parti scriptum est.

E literam producit in rei, ei, eodem fidei.

Vt sensus illustrior sit suis uersus omnes punctis apte distinxinus, & omnes artes scripsimus, non omnes artes, & huiusmodi. Itidem ueteres imitatus reper-tumst, & itemst, neceſſest, pro repertum est. Item est, & neceſſe est. & n̄ literam in compositione non mutat, ut contrario inlustrans.

Aliquando. m. finalem frequente uocali retinet, ut Nam quod fluidum est. Sæpe s. abiicit, ut sudēt humore & guttis manantibus stillant.

Quædam uerba uel noua uel rara habet, ut retinentiam, uariantiam, pellaciam uigetur, potestur, potesse, satiatem, famul, sanguen, sensile, diditur, hilum, ueterinum, obrutesco, leuisomna, bucura secla, buceriæ greges, lucas boues, elephas morbus, incillare, uacefit, scaptenſula, centaurum & cétaureū pro herba. Sæpe dicit cäulas, uiuata, momen, sed corruptæ sunt dictiōes istæ, Acherusia, protelum, haustra, proprium, bone pro bene, supera pro supra, cupedo, amaror, sonor, uagor, al-gus, iuxtim, cupiret, uescunt, serescunt, petitus nomē est & organici, itū. i. incessū, pestilitas, maximitas, multesima, perterrerepus, multimodus, uolgiuagus, tuditantia.

Sæpe dicit qđ genus pro quēadmodum, & Mēnius in quinto casu, & totus prima b reui, quia quoti reditu⁹ est.

Multas græcas dictiōes usurpat ut psteras, pcraxe, mele, smyrna, chroniscat, alias q̄sdam ubi agit de reb⁹ ue-

